Salzburg (?), Ende 15. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



xvij 23

ut probetis quae sit voluntas
dei bona et beneplacens et per
fecta. Dico enim per gratiam quae data
est mihi. omnibus qui sunt inter
vos. non plus sapere quam oportet
sapere. sed sapere ad sobrietatem
et unicuique sicut deus divisit
mensuram fidei. Sicut enim in
uno corpore multa membra ha
bemus. omnia autem membra non
eundem actum habent. ita multi unum
corpus sumus in xpo. singuli
autem alter alterius membra in
xpo ihu domino nro. Gradualе. Haec
dicit dns deus sabaoth. qui facis mira
bilia magna solus a sclo. Benedi
cant montes pacem plo tuo et colles
iustitiam. Alla. Iubilate deo omnis
terra seruite domino in letitia. Sequentia
sancti lucae.
Nullo t. Cum factus esset ihs
annorum duodecim. ascendentib
illis in iherusalem. secundum
diem festum. consumatisque diebus cum
redirent remansit puer ihs in
iherusalem. et non cognouerunt parentes
eius. Existimantes autem illum
esse in comitatu. venerunt iter
unum diei. et requirebant eum inter
cognatos et notos. Et non inue
nientes. regressi sunt in iherusalem requi
rentes eum. Et factum est post tri
duum. invenerunt illum in templo
sedentem in medio doctorum audi
entem eos et interrogantem illos.
Stupebant autem omnes qui eum
audiebant. super prudentia et
responsis eius. Et videntes
admirati sunt. Dixit autem mater
eius ad illum. fili quid fecisti
nobis sic. Ecce pater tuus et ego
dolentes quaerebamus te. Et ait
ad illos. Quid est quod me que
rebatis. Nesciebatis quia in his
quae patris mei sunt oportet me
esse. Et ipsi non intellexerunt
verbum. quod locutus est ad illos.
Et descendit cum eis et venit na
zareth. et erat subditus illis.
Et mater eius conseruabat omnia
hec verba in corde suo. Et ihs
proficiebat sapientia et etate et gratia
apud deum et homines. Offertorium. Iubilate deo
omnis terra iubilate deo omnis terra seruite
domino in letitia intrate in conspectu eius
in exultatione quia dominus ipse est deus.
Oblatum tibi domine sacrifi secre.
cium vivificet nos semper et
munimat. Per. Co. Fili quid fecisti
nobis sic ego et pater tuus dolentes
quaerebamus te et quid est quod me que
rebatis an nesciebatis quia in his quae
patris mei sunt oportet me esse. Ipsi.
Supplices te rogamus omnipotens
deus. ut quos tuis refecisti sacra
mentis. tibi etiam placitis mo
ribus dignanter deseruire con
cedas. Per. Postcommunio. Deo gratias.
Haec dicit dns. Omnes pe
cuniae credentes congregabuntur
tibi in domum israel nabaioth